





4 a

FACULTATIS MEDICAE H. T. PRO-DECANUS

FRANCISCUS ZUCCARINI

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR  
HYGIENES, THERAPIAE GENERALIS ET BOTANICES  
PROFESSOR PUBLICUS ET ORDINARIUS

AD

DOCTISSIMI LAUREAE MEDICAE CANDIDATI

JACOB. FRIED. CHRIST. SEBASTIAN,  
*HEIDELBERGENSIS,*

DEFENSIONEM INAUGURALEM

ET

PROMOTIONEM

INVITAT

PRAEMISSO TRACTATU

*De adstricula haemorrhoidum cum fluxu catameniali non  
comparandarum salubritate.*

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.  
IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

IN MASTROPIS A. M. FADIGERI ETATI.

De adstricta hæmorrhoidum cum fluxu catameniali  
non comparandarum salubritate.

**H**IPPOCRATIS maxime auctoritate nituntur commoda & encomia hæmorrhoidibus adsignata, quippe qui hæmorrhoides melancholicis ac nephriticis, infantibus, maniacis supervenientes, bonas, easdem apoplexiam epilepsiamque solventes, a phrenite & peripneumonia præferentes, pluribus Epid. Libr. Coac. & Aphorism. locis contendit; cui & copiosa posteriorum temporum accedunt testimonia, queis varios sevissimosque sœpe affectus fluxu hæmorrhoidalí solutos fanatosque medici complures affirmant; atque eadem, quæ HIPPOCRATES aliique veteres medici de hæmorrhio fatis & copiose fluente bona, de ea vero vel parum fluente vel subpresso testantur mala recentiorum quotidiana observatione numerosisque constant exemplis; ita ut, qui salubritatem hæmorrhoidum uberi experientia validisque argumentis nixam negare videntur, inique morositas notam æque incurvant, ac ex adverso ii, quemvis hæmorrhoidalem fluxum, posthabito causarum effectuumque scrutinio, salubre naturæ beneficium salutant, ignavae credulitatis turpisque erroris culpam plerumque luant.

Laudi itaque ac vituperio hæmorrhoidalí limites statuere necessum duxerunt complures providi prudentioresque medici, diagnostica prognosticaque hæmorrhoidum momenta ex genuinis fontibus, ex causarum, loci, modi, differentiæ, effectuum denique rationibus, follicite hauriendo.

Utut enim vel minuenda solvendæque plenitudini vel eluendæ caco-chylæ, opportuno hæmorrhoidum fluxu sœpe consulere conatur; utut etiam hic fluxus perpluribus, integra, ut videtur, sanitate gaudentibus contingat, aut copia non peccans morbos graviores, eosque inprimis cum febre conjunctos, vel multum levet (quod frequentius), vel penitus tollat, (quod rarius accidit), atque adeo veras, plus minus perfectæ, criseos

notas habere videatur; nemo tamen, quidquid *Stahliana* schola pro sua sententia laudis rationumque contulit, nemo, inquam, hunc fluxum ad proprias oeconomiae animalis leges fieri, atque ita naturalem esse contendet, qui huius, quam natura hoc conatu provida ad eliminandum e corpore vel superfluum vel noxiū viam aperit, notionem rationemque habet.

Sunt quidem inter recentiores adhuc, & clariores in arte quidem, viri, qui, ut fluxui hæmorrhoidalí aliqua saltem naturalitatis (licet hac voce uti) privilegia affingant, hæmorrhoidalem hunc cum menstruo muliebri fluxum comparare amant, atque ideo hæmorrhoides in spontaneas & non spontaneas distingunt, & quidem illas dicunt spontaneas, quæ veluti in muliebri uteri excretione contingit, provido naturæ conatu, quo se a superfluo sanguine liberet, aperiuntur, spontaneas vero eas volunt, que a morbido statu pendent; at vero, qui uteri muliebris pro concipiendō, alendo, expellendoque fœtū, intestini recti autem non nisi pro face a prima culina superstite recipienda & expurganda, munus a natura destinatum non ignorat, is certe in fluxu sanguinis per vasa intestini recti anique nihil reprehendet, ex quo hunc æque ac illum, eodem sensu naturalem somniat; intelliget certe, aliam a natura legem esse sanguini per arterias hæmorrhoidales ad intestinum rectum demandato, quippe qui præter id, quod ipsi cum reliquo intestinali sanguine commune publicumque est, singulare privatumque nullum habet, negotium, quicquid omnis, ab hoc officio reliquis ac superfluis, lege naturali ad venas hæmorrhoidales, atque pari certe lege, qua sanguis infantis impuberisque foemelæ uterinus a suo nutritionis officio superstes, in circulum redire jubetur; alium vero scopum præfixum videbit sanguini illi, qui in maturo corpore foemineo, disposito ad conceptum utero, ultra nutritionis opus ad alienum fœtum subpeditur, quippe quem, ubi alienum in utero nihil inventit, natura velut molens inutilem per hiantia vasorum uterinorum oscula expellit, quod in menstruantibus accidit, vel ad pabulum infantil exinde fecernendum ad mammas revocat, quod in lactantibus contingit. Sanguis autem hæmorrhoidalis quid aleundum in intestino recto habet? quid præbet in mammis aliō viscere fecernendum?

Natura certe, præterea quod universum corpus foeminae majore, quam corpus viri, fibrarum teneritate, flexilitate, dicam debilitate, ac totius habitus laxitate construxit, peculiare quoque ratione partes foeminae gene-

8

generationi servientes comparavit, singularique studio ad plethoram majorem concipiendam alendamque disposuit, non uteri tantum situ in pelvi ampla laxaque, sed & peculiari illa vaorum pelvis structura, qua aortam in foeminiis prope arterias iliicas descendentem, his præ viris, in proportione maiorem quam ad cor, qua universum sistema arteriosum in foeminiis majus, qua membranas uteri respectu cavitatis internæ tenuiores, venas autem contrario modo in partibus genitalibus duriores solidioresque, fecit. Hac nimur ratione sanguis in foeminiis copiosior & facile abundantans hæc in vasa magis determinatur, atque in arterias has laxiores minusque resistentes facile ingressus, difficilis autem per venas solidiores valvulisque carentes redux, redundant in vasa lateralia minora in uterus hiantia; ex quibus in foetu & infante non nisi mucus albissimus cremor lacti similis, pro ætate copiosior, exsudat, sensim vero dilatatis ipse transmittitur sanguis, periodo plerumque lunari redditurus.

Satis ex his patet, uti plethoram hanc pelvi uteroque propriam, & menstruam hanc sanguinis evacuationem esse mere naturalem, a causis naturalibus ex conditionibus foeminiæ integra sanitate gaudentis propriis oriundam: dum econtra sicut omnis alia sanguinis, etiam boni, abundantia, seu universalis sit (quæ si non ipsa morbus, saltem statu morbo proximus est) seu particularis eaque abdominalis (quæ præsentem jam morbum constituit), si non morbida saltem suspecta est & præternaturalis; sic & omnis fluxus hæmorrhoidalis seu spontaneum dicis, seu non spontaneum, utpote semper a causa, si non morbida saltem præternaturali natus, dici debet præternaturalis; est enim semper repugnans æquali ac libera sanguinis per vasa præsertim abdominalia circulationi affectus, ejusdemque turbatæ effectus.

Itaque hæmorrhoides, licet quandoque parem cum catameniis lunarem fervent periodum, eas tamen cum his comparandi sufficientem non præbent rationem; neque naturales dicam & ipsas spontaneas, a plethora potius universali, & in sanitate apparente integræ, a dicto provido naturæ a superfluo sanguine se liberare conantis confilio apertas; hunc enim naturæ conatum, si rite examinemus, non nisi in eo providum cognoscimus, quod ipsa, quæ contra nascituram aliam quamcunque, plethoram alias in diæta & regimine & sapientissimas homini leges præscriferat, ubi aortam neglectis his legibus sanguinis abundantiam machinæ humanæ destruci-

strūctricis noxas parare videt, pro ea eliminanda nullam antea viam nulla organa excretoria statuerat, nunc studeat imminenti graviōri malo, malo leviore prævenire, atque sic novas adeoque præternaturales in intestino recto parere aperiatque vias, quies expellendo sanguinem superfluum minuat sanguinis molem non studio naturæ, sed diæta regiminius peccato, natam. Eodem provido naturæ conatus fieri videmus, ut in pueros puberibus necdum, & arterias capitis perfectissimas jam, eas vero pelvis necdum perfectas habentibus (præfente non vera quidem, plethora, sed sanguinis rarefactione majore a causis procatarecticis, acrimonia, similibusque nata, sanguis per aperta narium vasæ erumpat, qui pueri etiam dum juvenescunt & adulstori ætati propiores sunt, ex singulari, seu hereditatis, seu acquisitionis modo comparata, sanguinis acrimonia, accidente veneris stimulo, aut & præmaturo exercitio, perfectioribus nunc pelvis vasis, ac sanguine hic magis derivato, in hæmorrhoides sunt proclives. Nonne & ipse sanguis menstruus, dum assignatae a natura viæ transitum vel retardant vel negant, alienas & sepe maxime præternaturales imo periculosas lethalesque vias adfectat? Nonne ex hac causa toties hæmorrhagia narium, toties ipsa hæmorrhoides, periodica quidem & vere menstrua? Tantum vero absit, ut anomalos hosce fluxus dicamus naturales, ut prvidum hunc naturæ conatum corrigerem potius, sanguinemque aberrantem, remotis impedimentis in rectum atque a natura adsignatum tramitem artis auxilio revocare studeamus.

Neque vero ex his, quæ dixi, intelligendum velim, fluxum hæmorrhoidalem, eo quod naturalis & cum catameniis comparandus non sit, nunquam esse salubrem; aliquos tantum ejus salubritatis limites ex hisce statuere conatus sum, ceteros, quod spatii hujus angustia aliaeque rationes negant, ex gravioribus momentis statuendos pro filo proxima occasione neciendo mihi refervo, & ulteriori meo officio satisfactorius Doctissimi Medicinæ Laureæ Candidati historiam ab ipso conscriptam exhibeo:

Ego, Jacobus Fridericus Christianus Sebastian, Heidelbergensis, absolutus in Gymnasio patrio studiis humanioribus, in numerum Civium Academicorum a Cl. Prof. ZENTNER, tunc temporis Pro-Rector Magnifico, receptus, hujus Universitatis Cel. Professorum praefectionibus interesse coepi: in Lögicis æque ac Metaphysicis Cl. Prof. SCHNEIDER, in Mathematicis Cl. Prof. SCHMIDT, in Physicis Cl. Prof. succow audivisse obstrictissima mente

mente recordor. Hisce studiis præmissis ad artem salutarem me applicans  
doctissimis prælectionibus *Physiologiae*, *Pathologiae* & *Medicinae forensis*  
*Cel. de OBERKAMP*, jam jam pie defuncti, *Materiae Medicat*, *Chemiae*  
& *Pharmaciae* *Cel. NEBEL*, *Anatomiae*, *Botanices*, *Hygienes*, *Therapiae*  
*tum generalis tum specialis* *Cel. ZUCCARINI*, *Anatomiae ac Chirurgiae*  
*Cel. DE LEVELING* maximo cum fructu interfui. Tumque *Mannhemium*  
fundamenta *Artis obstetriciae* positurus ejusque Praxin duce *C. FISCHER*  
exculterus, me contuli, in qua urbe simul fortuna mihi arrisit, doctissi-  
mas prælectiones *Cel. Prof. MAY* summa cum utilitate audiendi. Reversus  
postea *Heidelbergam* supradictorum Illustrissimorum & Doctissimorum  
Virorum Collegia per annum adhuc frequentavi, quibus omnibus pro-  
innumeris mihi præstis beneficiis publicas nunc ago gratias, meque per-  
petuae illorum benevolentie cum voto omnigenæ prosperitatis sincerrimo  
commendo.

In consuetis rigorosis examinib[us] abunde satisfaciens Doctissimus  
Dominus Candidatus & unanimi suffragio approbatus, die xviii Martii  
Præside Celeberrimo Collega, Domino Professore *NEBEL*, *de vitiis papilla-*  
*rum mammarum lactationem impedientibus eorumque medela*, præmissa  
lectio cursoria: *de quibusdam cautionis & diligentiae regulis in inqui-*  
*renda pulsus natura observandis*, publice disputabit, & præmissis quæ-  
stionibus inauguralibus:

**CELEBERRIMI DOMINI PROMOTORIS:**

*Quae sunt indicantia & contraindicantia diaphoreticorum.*

**CLARISSIMI DOMINI NEO-DOCTORIS:**

*Quae sunt indicantia & contraindicantia vomitoriorum.*

Doctoris titulo ac privilegiis ornabitur. Quem actum, ut præsentia vestra  
honorare atque ornare velitis, Te Magnificum Academiz nostræ Recto-  
rem, Te Illustrèm Pro-Cancellarium, Vos Grayissimos Academicz Senatus  
Proceres, Vos Celeberrimos reliquarum Facultatum Professores, Vosque  
Hospites omnium Ordinum litteratissimos, Cives in primis nostros Genero-  
fissimos Nobilissimosque, ea, qua par est, humanitate rogo.


Dabam die xv. Martii MDCCXCIII.



Ula 3991 b

X 2309089





FACULTATIS MEDICAE H. T. PRO-DECANUS  
**FRANCISCUS ZUCCARINI**

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR  
 HYGIENES, THERAPIAE GENERALIS ET BOTANICES  
 PROFESSOR PUBLICUS ET ORDINARIUS

AD  
 DOCTISSIMI LAUREAE MEDICAE CANDIDATI  
**JACOB. FRIED. CHRIST. SEBASTIAN,**  
*HEIDELBERGENSIS,*

DEFENSIONEM INAUGURALEM  
 ET  
 PROMOTIONEM  
 INVITAT

PRAEMISSO TRACTATU

*De adstricula hæmorrhoidum cum fluxu catameniali non  
 comparandarum salubritate.*